



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Franciscus Xauier in Indiam proficiscitur: Simon in Lusitania remanet. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

246 VITAE IGNATII
FRANCISCVS XAVIER. IN IN-
diam proficiscitur, Simon in Lusita-
nia remanet.

CAPVT III.

Hoc eodē anno 1541. 7. Aprilis,
Magister Franciscus Xauier ex-
porto Vlyssipponensi in præ-
toria naui, qua Martinus Alfōsus Sol-
fa prætor vehebatur, feliciter in Indiā
soluit. Magister autem Simon in Lusi-
tanía remansit, remanendi autem cau-
sa eiulmodi fuit: Dum idoneam in In-
diā nauigandi tempestatem ambo
expectāt, ne oriosi interim essent, pro-
sua consuetudine, homines ad veræ
pietatis studium excitare incipiunt,
& in his præcipuam Lusitaniae nobil-
itatem: & vitæ exemplo, pijsque mo-
nitis plurimum profecerunt. Qua de-
causa ex aulicis viri nobilissimi Re-
gem ipsum docent, quanta in homi-
nibus virtus ac prudētia sit: monentq;
secū cogitet, nū in Lusitania utiores
eiusmodi homines, quā in India, futu-
ri sīnt. Quod nostri subodorati, ad I-
gnatium scribunt, quid præsentiant:
vereri se, ne Regis autoritate, contra
Summi Pontificis mandata, in Lusi-
tanía diutiūs hærere cogantur. Ignati-

u

us cùm id egisset, vt Pontifex rem totam intelligeret, eamque Pontifex Regi liberam reliquisset, eos per epistolas certiores facit, rem totam à Pontifice in Regem reiectam esse: itaq; Regi per omnia obtemperēt: nullā prioris mandati religione moueantur. Sibi tamen (si Rex fortè scire velit, quid ipse sentiat) videri, vt Franciscus in Indiam proficiscatur: Simon in Lusitania remaneat: quod utique consilium Rex probauit. Hęc sunt disseminatę in Lusitania, & remotissimis Indiae regionibus, nostrae Societatis exordia.

ALFONSVS SALMERON ET

*Paschasius Broetus in Hyberniam
legantur.*

CAPVT IV.

Hoc item anno, Magister Alfon-sus Salmeron, & Magister Pas-chasius Broetus, cum perāpla potestate, nuntij Apostolici à summo Pontifice in Hyberniā missi sunt: Qua potestate castè, prudenterque usi sunt, suoque munere functi diligenter: ru-des illos, & incultos populos Regis Anglie potentia, & vicinitate labantes, in vera religione retinere studerunt: si-

L s dei